

mores, omni vi, nisuque in id incumbamus, ut et cum certissima aeternae salutis spe, aliquando a mortuis resurgamus, et, intrepido pectore, nixi pretiosissimo merito CHRISTI coram iudicio eius compareamus, denique aeterna adeamus gaudia. Vere enim a Syracide dictum est: Finem, o homo! considera, et nunquam peccabis, cap. VII, 40. Quem enim consideratio fragilitatis humanae et tremendum seueri IVDICIS iudicium, et vorago illa peccatores deglutiens, non a peccatis abstraheret? Quem coelestium gaudiorum deliciae non ad vitam pie et honeste agendam allicerent. Id in nobis omnibus operetur SS. TRINITAS, PATER, FILIVS, et SPIRITVS S. cui pro hoc labore nostro sit laus, honor et gloria in seculorum secula

A M E N!



INDEX